

prout late docet Carena *part. 2. de polygamia; tit. 5. §. 11. cum plurimis aliis. Rosignol. loc. cit. n. 11.* (Hac pena obsolevit in hispania, Vid. *verb. Poena & Remex in add. hisp.*)

30 Quinimo Urban. VIII. *die 20. Julii 1627. constituit. incip. Magnum in Christo;* decrevit, quod si, qui merito nomine, vel cognomine, prima uxore vivente, secundam duxerit, præter poenas, quas ordinariæ incurrit polygami, dampnentur ad trime-
 31 mes in perpetuum; & si fuerint inhabiles, fustigentur, & ad carceres perpetuos dampnentur; Si vero pro qualitate, & enormitate criminis majores poenas mereantur, etiam Curia seculari arbitrio Sacra Congregationis Cardinalium Generalium Inquisitorum puniendi tradantur.

32 Polygami tamquam suspecti de hæresi debent abjurare de levi, vel de vehementi, prout fuerint vel levi-
 33 ter, vel vehementer de hæresi suspecti. Carena *loc. cit. §. 11. per tot. Rosignol. loc. cit. num. 11. & alii passim. Unde crimen polygamia spectat ad forum ecclesiasticum, sive ad Inquisitores Hæreticæ pravitatis, privative quoad Judices seculares. Rosignol. loc. cit. n. 11. cum aliis ibi citatis: & late Pigmatell. tom. 1. *consult. 115. per tot. & præsertim n. 3. ubi dicit, quod generatim observatur per totam Italiam, & Europam, ac ubicumque sunt Inquisitores Fidei, quod ex hujusmodi hæresis suspicione officium S. Inquisitionis procedat contra ducentes secundam uxorem, vivente prima; Quod ab anno 1625. usque ad hanc diem semper in suprema, & universali Inquisitione fuit habitum pro constante, ita ut contra Judices Laicos prætendentes causam Polygamia ad se spectare, privative quoad Ordinarios, & Inquisito-
 34 res, processerit tanquam contra impediens S. Officium, præsertim die 18. Jan. 1601. & die 30. Septemb. 1604.**

35 Polygamus, qui polygamia poenitentiam, seu poenam tritemium jam explevit, non potest cum secunda uxore denuo matrimonium contrahere, quamvis prima legitima uxor decesserit, nisi habeat dispensationem Apostolicam; quia obstat ei impedimentum criminis. Sac. Congreg. Conc. in S. Severi 10. Jun. 1704. ut refert Monacell. tom. 2. *tir. 16. formul. 2. num. 30. & Ursaya in Miscellaneo Sacro, & profano 1. lit. P. n. 227.*

1 Quomodo sit probanda mors conjugis, ut permittantur secundæ nuptiæ, non male hic expendit Auctor. Sed confer etiam Naurat *de vita, & morte hominis Theorem. 50. per tot. tum Albic. de Inconstant. in Fid. cap. 36. num. 90. & plur. seq.*

2 Polygamiam non esse delictum mixti fori, sed unice pertinere ad Judicium ecclesiasticum, vel Tribunal Inquisitionis, vel Ordinariorum, pluribus probat Albic. *de Inconstantia in fide dict. e. 36. a num. 1. ad plur. seq.*

3 Quid autem si polygamus in tribunali Inquisitionis exceptionem opponat nullitatis prioris matrimonii à se contracti, an remittenda sit causa ad Ordinarium, ita ut prius de exceptione hac sit cognoscendum?

4 Varias Doctorem opiniones, tum praxim Supreme Inquisitionis afferit Albic. *de Inconstant. in Fide dict. cap. 36. n. 108. & plur. seq.*

5 Gravior questio est, an puniri in S. Officio possit qui pendente lite super validitate primi matrimonii contraxerit secundum matrimonium?

De poenis Polygamorum dum Auctor pertingit quem esse hujus criminis iudicem, assertit ibidem, nihil super hoc immorando munus additionis acquiescit, si poenæ nostris legibus comprehensæ in publicum redigerentur: ceterum ut in quantum possit, omittatur repetitio, retrorsum aspiciatur (a).

(a) Vid. *verb. Matrimonium, pag. 37.*

At consule etiam de hac questione eundem Albic. *6 de Inconstant. in Fide cap. 36. n. 118. & seq.*

Ex constitutione Urbani VIII. cui initium est, *Mag. 7 num. 1. Polygami, qui falsis testibus deceperunt curiam ecclesiasticam ad obtinendam licentiam contrahendi secundam matrimonium, dampnandi sunt ad trime-
 8 ses in perpetuum; vel si sunt inhabiles, publice sunt fustigandi, & dampnandi in perpetuum quoque sunt ad carceres; quinimmo ex circumstantiis possunt arbitrio Supreme Congregationis Universalis tradi brachio seculari.*

Verum hanc constitutionem emanasse ad terrorem inde liquet quod vix elapsis decem annis ab ejus promulgatione Suprema Congregatio Archiepiscopo Beneventano rescriptis, polygamos, qui ad suum statum liberum probandum nisi haud fuerint falsis testibus dampnandos esse ad trime-
 9 ses per quinquennium, polygamos vero, qui usi sunt falsis testibus ad probandum suum liberum statum, ad trime-
 10 ses per septennium esse dampnandos, & falsos testes dampnandos esse ad trime-
 11 ses ad quinquennium, vel brevius tempus pro varietate circumstantiarum. Et ita semper postea servatum est.

Non immerito dubitari potest, an hæc poena obtineat contra polygamos, qui non falsis testibus, sed falsis scripturis usi sunt?

PONTIFICALIA.

Pontificalia exercere, & pontificaliter celebra-
 1 re de Jure potest Episcopus in locis exemptis suæ diocesis; Sac. Congregat. Rit. in Ferrariens. 20. Junii 1600. *teste Aldan. in compendio canon. resolut. lib. 2. tit. 8. num. 15.*

Pontificalia exercens Episcopus in Ecclesiis Regularium Baldachinum erigere potest; Sacra Congreg. Episcop. & Regul. *die 10. Julii 1603.*

Pontificalia exercens Episcopus extra cathedralem, non Presbyteros simplices, sed Canonicos Cathedralis inservientes adhibere debet. Sac. Cong. Rit. *die 2. Aug. 1631. penes Aldan. d. lib. 2. tit. 8. n. 16. Vid. tamen verb. Asistentia n. 25.*

Pontificalia exercere in Ecclesiis Suffraganeorum absque licentia Episcopi ordinarii prohibuit esse Archiepiscopo per Concil. Trid. *sess. 6. de reform. c. 5. Sac. Cong. Episcop. & Regul. die 18. April. 1599. apud Aldan. d. lib. 2. tit. 8. n. 17.*

Pontificalia exercere non potest Suffraganeus datus Episcopo post illius mortem, Sede vacante, & Capitulo contradicente; Sac. Conc. Conc. in Vilnen. 20. Februarii 1631. referente Sello in *selectis canon. cap. 21. num. 3.*

Pontificalia exercens Episcopus in aliena diocesi de Ordinarii loci expressa licentia potest Ordines conferre, etiam suis propriis Diocesisanis, non obstante Conc. *cap. 5. sess. 6. de reform. Sac. Congr. Conc. de qua Sello. d. cap. 21. n. 5.*

Pontificalia exercere in loco exempto & jurisdictionis non Episcopi, sed inferioris, non potest Episcopus vocatus etiam ab ipso inferiori sine licentia Episcopi, intra cujus diocesis fines esset locus ille, etiamsi ille inferior præterdederit ratione exemptionis vocare Episcopum, quem maluerit, ad administrandum Sacramen-

mentum Confirmationis; dummodo locus ipsis exempti sit intra fines diocesis alicujus, ita ut non sit nullius, quia tunc posset, Sac. Congreg. Concil. cuius meminit Armand. in *addit. ad rescript. leg. Navarrae lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcop. num. 68. apud Barbos. in Summ. Apostolic. decr. verb. Pontificalia num. 7.*

Pontificalia exercere non potest alienus Episcopus de licentia Patriarchæ in diocesi alicujus Episcopi Suffraganei sine ipsius licentia; Sac. Congr. Conc. apud Barbos. in *Summ. Apostolic. decr. verb. Pontificalia n. 8.*

Alla. Vid. *verb. Episcopus art. 4. & art. 7.*

Episcopus, & Praepositus Militiæ S. Georgii Martyris in Bavaria, Pontificalia exercere solummodo possunt in Ecclesia in ædibus Ducalibus, & Electoralibus sita, & Militariæ Equitum dicti Ordinis Conventui assignata, & exempta, atque immuni ab omni Ordinarii Episcopi loci jurisdictione, in quibuscumque autem aliis Ecclesiis nullo pacto, nisi de Ordinarii locorum permisso, toties quoties occasio postulaverit, sub poenis juxta canonicas sanctiones inflictis exercere valent; Benedic. XIV. tom. 1. *const. 32. incip. Militares §. 6.*

Pontificalium usus, quo quis ex privilegio gaudet, non probat illius exemptionem ab Ordinaria jurisdictione; Idem tom. 2. *const. 40. incip. Causarum. Ideo in c. Ut Apostolicæ, de privil. in 6. distinctio fit inter Prelatos Pontificalibus utentes, qui exempti sunt, & eos, qui non sunt exempti; Idem ibid. ****

DISSERTATIO I.

PONTIFICALIUM USUS.

De Pontificali um usu præstat hic adferre sequentes
 1 Dissertationes. *hæc materia ibi*

Abbatibus Congregationis Monachorum Camaldulensium, etiam post edita Alexandri VII. decreta de usu Pontificalium, possunt in suis monasteriis, ac locis supradictis aliis Ecclesiis benedicere, ac calices, & patenas ad minus alienarum Ecclesiarum consorvare, atque nonnullis Pontificalibus uti, in laudatis decretis pro inferioribus Prælati restrictis exercere, virtute amplissimi privilegii ab Innocentio VIII. Galliarum, Cisterciensibus concessi.

1 Ut positæ assertionis veritas demonstretur, tria potissimum hic attendenda sunt, 1. nempe quod laudatum Innocentii VIII. privilegium revera existat ac genuinum sit; 2. quod illud revocatum, aut restrictum nunquam fuerit præsertim per celebratissima de usu Pontificalium Alexandri VII. decreta; 3. quod Abbatibus Camaldulenses eodem gaudeant privilegio, ac si directè & nominatim concessum ipsis fuisset.

2 Genuinum esse laudatum privilegium, quod nonnulli supposititium, aut dubia admodum, & incertè auctoritatis affirmare auni sunt, alii interpolatum suspicantur in suo Manuali V. Pontificalia doctissimi P. Avinognus Abbas Cisterciensis provincie Lombardiæ (quem ut diligentem Auctorem laudavit immortalis memoriæ Benedictus XIV. in privata epistola ad Cardinalem Ferronum die 15. Februarii 1755. data, dum eidem Pontifici præfatum Manuale obtulisset) pro aris & focis propugnat, & quidem validissimis argumentis, quæ in laud. opere videri poterunt.

3 Quidquid sit, an privilegium illud interpolatum dici valeat quoad eam partem, qua in eo datur Abbatibus facultas subditos suos iniuendi Sacris Ordinibus, Subdiaconatus, & Diaconatus, quoniam eam

partem non reperio in Can. ejusd. Innocentii VIII. per extensum descripta in lib. privilegior. Camaldulensium pag. 12. Innocentianum privilegium, sive constitutionem incip. *Exposita datam v. Idus Aprilis 1489.* quam legere est in Bullariis Roderici Casinensium, Camaldulensium, apud Henriquez Avignonum, aliosque, genuinam esse, præter rationes ab Avignono productas, eamque præsertim, quod Eminentissimus Petra, qui de Apostolicis constitutionibus ex professo pertractat, non uno in loco testimonium perhibet de iudubia fide Innocentianæ constitutionis, ac insuper votum suum firmat auctoritate Sacra Congregationis Concilii, cui diu à Secretis ipse fuit, alio invito argumento confirmare volo, ex quo nempe Pontifex Summus æque ac sapientissimus Benedictus XIV. eandem Innocentii VIII. constitutionem, cum ipsius initio, die, & anno laudaverit in Bulla confirmatoria privilegiorum Congregationis Celestianorum data die 12. Aprilis 1742. tom. 1. Bullarii sui, atque ad instar privilegii Cisterciensibus eadem in constitutione concessi, Abbatibus Generali Celestianorum, facultatem fecerit suos benedicendi Abbatibus. Ex quibus, ut arbitror, nullum amplius subest dubium, an hujusmodi extet constitutio, & an ipsa genuina sit.

In ea porro constitutione data Joanni Abbati monasterii Cistercii Cabilonensis diocesis, postquam Innocentius VIII. §. 1. narraverat, quod ex privilegiis, & sollicitis Apostolicis tibi, & aliorum quatuor monasteriorum prædictorum Abbatibus pro tempore existentibus, ut omnes Ordines Minores personis Ordinis ejusdem intra monasteria prædicta conferre nec pallas altaris, & omnia ornamenta ecclesiastica benedicere, ac mitra, & annulo, & aliis Pontificalibus insigniis, necnon ipsis, & aliis monasteriis, & Prioratibus illis subjectis, ac Parochialibus, & aliis ecclesiis ad eos communiter, vel divisim pertinentibus, quamvis ei pleno jure non subsistent, benedictionem solemnem post missarum, vespersarum, & matutinarum solemnia, & ab aliquibus hasietur, an tu, & dicti Abbatibus, pallas, & omnia ornamenta extra ipsius Ordinis Monasteria, & etiam illa, quæ ad monasteria, & loca dicti Ordinis non spectarent, & an possint in quibuslibet aliis Monasteriis, & locis dicti Ordinis utriusque sexus benedicere, licet Abbatibus Prædecessores à tanto tempore circa cujus hominum memoria non extiterit, prædicta omnia seu majorem partem facere concesserit subdit §. 2. Nos, qui ordinem ipsum præ ceteris in visceribus gerimus charitatis, & illum intendimus non minoribus gratis & privilegiis, quam Prædecessores nostri fecerint, decorare, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, & successoribus tuis, ac dictis Abbatibus aliorum quatuor monasteriorum prædictorum nunc & pro tempore existentibus, ut de cetero perpetuis futuris temporibus prædicta, & quæcumque alia vestimenta, ac ornamenta ecclesiastica (corporalibus, vasculisque ad reponendam Sacram Eucharistiam, ac Imaginibus quibuslibet comprehensis) in locis, & domibus dicti Ordinis benedicere, & calices consecrare tam de dicto Ordine, quam si ad vos aliunde nonnumquam deferantur; altaria de novo constructa, seu restaurata, aut mutata in quibuslibet locis dicti Ordinis (Chrismate Sacro prius ab aliquo Catholico Antistite recepto) consecrare, & etiam benedictionem solemnem post missarum, vespersarum, & matutinarum solemnia in quibuslibet monasteriis, domibus, atque locis dicti Ordinis utriusque sexus, servatis gradibus superioritatis inter vos, & eligiti, libere possitis, & possint, Apostolica auctoritate, & ex certa scientia te more præsentium de speciali dono gratiæ indulgemus.

Ex adductis Innocentiani privilegii verbis constat, prædictos Abbatibus Cistercienses posse in locis, ac

domibus dicti Ordinis, proindeque & in aliis monasteriis utriusque sexus, & prioratibus illis subiectis quominus & in Parochialibus, & aliis Ecclesiis ad eos pertinentibus, quamvis eis pleno jure non subissent, ea omnia prestare, quae Pontifex in §. 2. concedit aut declarat hisdem Abbatibus convenire.

6. Constat II. Abbates ipsos posse quancumque Ecclesiarum ad dictum Ordinem spectantium Altaria omnia tam portatilia scilicet, quam firma non solum erigere, & mutare, verum etiam consecrare.

7. Constat III. eosdem Abbates posse quancumque ecclesiasticam suppellectilem, & ornamentum tam praedictarum omnium Ecclesiarum suarum, quam etiam alienae Ecclesiae benedicere: atque insuper tunc propriarum, tum extranearum Ecclesiarum consecrare calices, adeoque & patenas, quae talibus correlative sunt: non tamen alienae Ecclesiae altaria licet portatilia, neque campanas: nisi dicere velimus, & campanas alienae Ecclesiae in laud. Innocentii privilegio comprehendi sub nomine ornamentorum ecclesiasticorum, aut in ipso privilegio campanarum quocumque consecrationem concedi ex Regula §. 3. Juris in 6. Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus, ut se habet campanarum consecratio, quae a Pontifici Rom. Benedicto signi nuncupatur, respectu consecrationis calicum, cum & campanarum consecratio in eodem cum ceteris Ecclesiasticis rebus consecrandis sit ordine, & quamdam cum ipsis habeant Ecclesiarum campanae connexionem. Quae regula Juris illud ad minus certissime suadet praedictis Abbatibus proprii ordinis campanas consecrandam esse facultatem, cum ipsis facta sit potestas sacrandi quancumque alias suarum Ecclesiarum res, quae juxta ritum Ecclesiae consecrari consueverunt, exceptis Basilicis.

8. Constat IV. Pontificalium usum, nempe potestatem utendi Mitra, Anulo, & aliis Pontificalibus Insigniis, ac facultatem elargiendi solemnem benedictionem, quae in constitutione Innocentiana concessa referuntur §. 1. atque approbantur, & confirmantur ab ipso Innocentio §. 2. tum cum ait, se intendere non minoribus gratiis, & privilegiis, quam Praedecessores nostri fecerim, Cisterciensem Ordinem decorare, tum cum inquit se facultatem facere omnibus sibi recensitis Abbatibus Benedictionem solemnem post Missarum, vespertiarum, & matutinarum solemniam in quibuslibet monasteriis, domibus, atque locis dicti Ordinis utriusque sexus, elargiendi, Pontificalium inquam, usum in eadem constitutione restrictum, ad certas dumtaxat vices in anno non esse (ut praefigi solet in pluribus Indultis similibus) sed indefinite citra ullam exceptionem, aut functionum discrimen concessum esse; adeoque praedictos Cistercienses Abbates Pontificalibus sine temporis, aut functionis ulla exceptione uti posse, cum propositio indefinita aequipoletat universalis: sicut hanc ipsam rem erudite probat loc. cit. pag. 148. Avignon. ex S. Bernard. ex Barbosa, ex Rota Romana, atque ex Benedicto XIV. l. de synodo Diocesana cap. 1. r. num. 11.

9. Neque dici potest, amplissimas has gratias Galliarum Cisterciensibus Abbatibus factas per generalia decreta S. R. C. sub die 27. Sept. 1659. ab Alexandro VII. approbata, quae legere est apud Ferratis in hac Bibliotheca V. Abbas num. 31. quaeque innovavit Benedictus XIV. speciatim quoad alienas res benedicendas, seu consecrandas in epistola per eandem Sac. Congregationem ad singulos doctorem Ordinariorum transmissa 31. Martii 1744. revocatas, aut restrictas fuisse: quae est secunda assertio nostrae pars.

10. Verum quidem est in decretis illis praeter cetera interdici usum Pontificalium inferioribus Episcopo Praelatis, praeterquam tribus solemnibus per annum

diebus; §. 18. haec haberi: Ecclesiasticam suppellectilem pro servitio dumtaxat suarum Ecclesiarum, vel monasteriorum benedicendi; §. 19. Reliqua Pontificalia extra loca ipsius Abbatibus subiecta, vel pro servitio alienae Ecclesiae, aut in subditas pariter alienas, etiam de licentia Ordinariorum, exercere non valeant, puta campanarum benedictionem, calicum & similia, in quibus adhibetur unctio, necnon Minorum Ordinum collationes; ac §. 17. sanctum fuerat: In Ordinationibus Canonico-rum, Clericorum, Monachorum, necnon in vestitionibus Monialium, & emissione professionis carundem, etiam pleno jure subiectarum, in benedictione sacrae suppellectilis, ceterisque solenniis ter tantum in anno, ut praefertur exceptis, neque in ecclesiis, oratoriis, aliis, quae locis tam publicis, quam privatis, quantumvis exemptis, eidemque Abbatibus pleno jure subiectis, mitram, baculum, & quascumque Pontificalia insignia, nisi de expressa Sedis Apostolicae concessionis adhibeant.

At praetermissis etiam trito argumento quod in laud. decretis nulla mentio fiat Cisterciensium Ordinis, ut necessarium statuerunt plures Sum. Pontifices ad derogandum ejusdem Ordinis privilegiis: quod etiam nobis Camaldulensibus, concessit Leo X. in celebri sua constit. Etsi a summa: data 4. Julii 1513. quae in Rom. Cherubini Bullario, est n. 2. §. Ac quod ex sequentibus, praetermissis, inquam, hoc argumento, S. R. C. praefatis decretis illud unice praescribere voluit, quod Praelatis Episcopo inferioribus conveniat, speciatim jure communi, seu attentis communibus Pontificalium privilegiis, salvo tamen semper jure particulari, quod ratione specialium privilegiorum, alicuius ex ejusdem Praelatis competere posset, quibus Sac. ipsa Congr. decretis suis nullum intendit praedictum inferre.

Id autem suadetur, ex fine, quem sibi proposuit S. C. quem ipsa manifestat in ipsa decreti fronte, nempe ut tollantur, ac eliminentur circa ecclesiasticos ritus, qui irreperunt abusus, & praeteritum tempore, quo privilegia ipsa perperam inter praesentia, obtendentesque, parum obsequi student decretis pluribus ab ead. S. C. hac in re evulgatis, aut ipsa ignorare praetendunt. Non ergo S. C. novum jus condere intendit, sed vetus innovare ad praescriptum communium Indultorum. Nec refert quod in eadem praefatione habeatur, mentem Sac. Cong. esse, ut excessus abolerentur, uniformisque inducatur Sacrorum Rituum in omnibus; quoniam sicut eodem fine conditum fuit Episcoporum Caeremoniale, de quo ibidem sermo est, nec tamen inde specialia abolita sunt privilegia alicui Ecclesiae, sive Episcopo concessa, ut puta gestandi in Pontificalibus functionibus pileolum, aut vestem rubei coloris, ita & in casu nostro ratiocinandum.

Suadetur III. ex pluri in decursu ipsorum decretorum pluries, ac pluries reservatur jura, quae vigore specialium Indultorum convenire possent, per illam, aut similem exceptionem, abique expresso S. Sedis Indulto: ut patere potest cuilibet legenti eadem Decreta §. 6. 12. 14. & 17.

Suadetur II. ex quo S. Cong. instantiam excepit Procuratoris Generalis Cassinensium, ac rata habuerit eorumdem specialia Indulta, si comprobata sint, sub die 12. Jun. 1660. quam Sac. Congr. Declarationem legere est apud nostrum Auctorem loc. cit.

Suadetur IV. ex quo Sum. ipse Pontifex Alexander VIII. confirmans 20 Julii 660. hanc ipsam declarationem pro Cassinensibus factam, clausulam hanc expresse adjunctam voluerit: Salva quavis contraria verbaliter expressa dispositione privilegiorum particularibus monasteriis Congreg. Cassinensium concessorum, quae videri potest ad calcem illius Declarationis.

Sua-

16. Suadetur V. ex Rot. Rom. in Bucensi coram Cero 26. Junii 1662. quae habetur Inter Dec. recen. part. 3. decis. 193. num. 10. ubi inquit: Licet Abbatibus prohiberentur exercere Pontificalia extra eorum Ecclesiam, ex Decret. Sac. Congr. Rit. edito 1659. die 27. Septem. hoc tamen non procedit, quando contrarium ex privilegio docetur. Similia habet Caesar de Pannimollis, ac Card. de Luca, quorum primus decis. 30. adnot. 1. n. 6. ait: Hujusmodi particularia privilegia non sunt vigore generalis decreti (nempe sub Urban. VIII. & Alexandro VII.) restringenda, & coarctanda ad celebrationem Missarum Pontificalium in tribus tantum anni solemnitatibus &c. ut advertit idem de Luca loc. cit. n. 3. & 5. nimirum in thesauro veritatis tom. 3. Disc. 15.

Suadetur VI. ex doctissimo Card. Lambertino in sua notitia. 20. 1. 1. Inter Italicas, ubi disserens de facultate Abbatum Regularium benedicendi, ac consecrandi res alienas, & mentionem faciens Decr. Alex. VII. haec habet: Quando gli Abati Regulari abbiano i chiari privilegi Apostolici di benedire i Paramenti, & consecrare i Vasi, non solamente per le loro Chiese, ma ancora per le altre, non intendiamo che d'essere Prætorum, & Conservatori de' loro Privilegi. Censuit igitur sapientissimus Cardinalis, postea Summ. Pontifex, specialia privilegia per generalia Decr. Alex. VII. revocata non fuisse, aut restricta. Videatur Avignonus V. Pontificalia, ubi rem hanc fuse ac solide prosequitur. Stant ergo etiam post Decr. Alex. VII. ab eod. Pontifice Bened. XIV. innovata, Privilegia omnia Galliarum Cisterciensibus Abbatibus per Innocentii VIII. constitutionem concessa.

Addam insuper, per eadem decreta derogatum non fuisse quibusdam facultatibus utendi Insigniis Pontificalibus, etiam extra loca propriae jurisdictionis in aliquibus sacris functionibus, quae Mitras Abbatibus conveniunt sive ex jure canonico, sive ex dispositione Pontificalis Romani, aut Caeremonialis Episcoporum, sive ex laudabili inveterata consuetudine, praesertim Episcopis non contradicentibus: ut quod Abbates in Synodis provincialibus, ac diocesanis mitra utantur Auriphrygiata, si exempti sint, simplici autem, si non sint exempti, ut disponitur cap. Ut Apostolica, de privilegiis in 6. quod a Caeremoniali Episcoporum l. 1. c. 31. n. 11. ad mitram simplicem pro omnibus Abbatibus quoad solas provinciales synodos redactum fuit; quod mitram in capite gestent, dum assistunt benedictioni alicujus Abbatis, ut dum intersunt solemnioribus executis uti Coalsolventes, si sint Praelati mitrae usum habentes, quemadmodum se habent Abbates nostri, sicut praescribitur in Pontificali Romano tit. de benedictione Abbatum, & de officio, quod post missam solemnem pro defunctis agit; quod mitra decorantur, dum parati assistunt sacris actionibus per Summum Pontificem praefatis; quod mitram ad minus adhibeant: dum assistunt, aut inserviunt solemnioribus quibusdam functionibus per aliquem S. R. E. C. vel Episcopum, aut proprii Ordinis Abbatem Generalem celebrantis, in quibus convenit, ut Abbates ipsi ordinarie loquendo, id mitrae genus adhibeant, quod illis respective concessum est cit. cap. Canonici Juris Ut Apostolica, de Privilegiis in 6.

His autem derogatum non fuisse per Alexandri VII. decreta, contra ac alicui minus aequo in hujusmodi Abbates videri fortasse poterit, probatur, quae vix credi potest. S. Rit. Congregationem huius derogare voluisse, quae in canonico Jure concessa sunt, vel per Romanum Pontificale, aut Episcoporum Caeremoniale a RR. Pontificibus confirmata, inventurum praescripta.

Probatur pariter ex communi usu, quo haec tum ante, cum post laudata decreta facta esse constat sub oculis Sum. Pontificum; S. R. E. Cardinalium

ac Episcoporum, ac istis non solum permittentibus, sed sponte annuentibus, & Abbates ipsos invitantibus.

Probatur denique duplice ejusdem S. R. Congr. 21. recentis decreto apud Meratunt. . . in quorum primo edito 12. Julii 1727. dicitur: Abbatibus pontificaliter indutis, uti Coalsolventibus debetur praesentia super Canonicos cathedralis in processibus funerum: in altero autem sub die 24. Nov. 1731. Abbates pontificaliter induti invitati pro assistentia in solemnibus vespertis, processione, & missa debent sedere in loco decenti, separati a Canonicis in choro post Episcopos. Pariter Abbatibus Pontificaliter indutis, & genua flexentibus in actu receptionis, & restitutionis Sacrarum Reliquiarum, quae per eandem in processione deferuntur, debet permitti usus eadem Pulvini, qui in eodem actu utuntur tam Archiepiscopi quam Episcopi suffraganei, & in processibus secum ducere possunt duos tantum Clericos, seu Monachos cotta indutos in utroque latere assistentes pro servitio, & usu mitrae, & baculi pastoralis.

Saperet ut in tertio loco deinde, Abbates 22. Camaldulenses enuntiato Innocentii VIII. privilegio ita perfrui, ac si ipsi directe, & nominatim illud concessum fuisset.

Saepe laudatus Avignonus in suo Manuali V. 23. Pontificalia pag. 149. probat, datum Abbatibus Cisterciis in Galliis, ac quatuor primis Cisterciensium Ordinis Abbatibus privilegium aequo pariformiter cunctis Congregationibus Cisterciensium Italiae Abbatibus convenire, ex quo Gregorius XIV. in sua constit. Romanus Pontifex in Romano Cherubini Bullario n. 16. data 6. Sept. 1591. omnia & singula Privilegia Ordini Cisterciensi, ac Abbatibus concessa ad Congr. S. Bernardi in Italia, illiusque Monasteria, Abbates, & abque ulla penitus differentia, perinde ac si illis, & eorum singulis principaliter, & specialiter, & expresse, ac nominatim, & non ad instar concessa fuissent . . . extendit, communicavit, & concessit.

Ne autem quis suspicari valeat, an in praefata 24. privilegiorum communicatione comprehendantur Pontificalia, aliaeque singulares prerogativae in privilegio Innocentiano contenta, adducit testimonium doctissimi, ac severioris in his rebus sententia Cardinalis Petri, qui in Bullas Apostolicas tom. 1. ad constitut. 2. Benedicti XI. §. 17. ingenue fatetur: Cum privilegiorum communicatio est verbi pragnantibus concepta (ut plane se habet praefata communicatio) . . . dubium non est, quin in ea comprehendantur etiam specialia privilegia, dummodo tamen eadem militet ratio: ut militat utique inter omnes Abbates, qui eadem in dignitate constituti sunt.

In ejusdem rei confirmationem adducit pariter recentem S. R. Cong. Declarationem in causa nullius, Fuld. concessionem indulti editam 22. Septemb. 1703. quam scribit idem Eminentissimus Petra ad const. 6. Urbani IV. §. 18. Nam propositio dubio, an ad facultatem consecrandi, & benedicendi Abbatibus Fulden. suffragetur communicatio privilegiorum Congreg. Cassinensis, vel si adesset observantia immemorabilis, eum posset jurare? responsum fuit: Affirmative vigore communicationis privilegiorum, nec non consuetudinis, & in locis propriae jurisdictionis.

Porro hisdem plane argumentis constat, Camaldulenses Abbates omnibus ac singulis privilegiis Abbatibus Cisterciis in Galliis, aliisque quatuor primis Abbatibus per Innocentianam constitutionem concessis aequo pariformiter gaudere. Enim vero laudatus Gregorius XIV. eodem anno 1591. eodemque mense, nempe 24. Septembris. constituit. exinjuncto n. . . in laudato Cherubini Bullario, & in libro privilegiorum Camald. p. 107. & 108. hisdem pragnantibus verbis Congregat. Camaldulens. ejusque Praelatis &c. communicavit, extendit, & concessit omnia & singula privilegia &c. quibusvis aliis Regularium

rium Congregat. Ordibus; eorumque monasteriis. eorumque Generalibus, Abbatibus, aliisque Superioribus; & personis eorumdem in quibuscumque mundi partibus existentibus, aliis quomodolibet concessa, & concedenda, citiamsi talia sint vel fuerint, quae specialiam, & individuum requirerent mentionem, seu in praesentibus de verbo ad verbum inserionem, seu particularem concessionem. . . . aequè pariformiter, & absque ulla penitus differentia, perinde ac illis, & eorum singulis personaliter, & specialiter, & expresse, ac nominalim, necnon ad instar (forte legendum & non ad instar) concessa essent.

27 Confirmari etiam potest, ex quo subortum dubium, an Abbates Camaldulenses sibi subditis Regularibus Minores Ordines conferre possent, sustulerit Clem. VIII. in sua constitutione *Officii nostri* data sub die 3. Augusti 1594. quam legere est in eodem nostrorum privilegiorum lib. pag. 111. declarando id praedictis Abbatibus utique convenire *assenta maxime communicatione privilegiorum eidem Congregationi per dictum Gregorium XIV. praedecessorem concessa*, verba sunt ejusdem Pontificis. Gaudent itaque Camaldulenses Abbates privilegia omnibus in constitutione Innocentii VIII. contentis perinde ac si ipsis specialiter, expresse, ac nominatim privilegii illa ipsi Abbatibus Camaldulensibus concessa fuissent.

28 Quo autem omnis è medio tollatur dubitatio, obiectum proponam, ac refellam quo quis contendere posset, Innocentianum privilegium vel genulinum non esse, vel eo Abbates uti non posse. Cum Procurator generalis Monachorum Cassinensium, cetera inter dubia S. R. C. proposita post edita Alexandri VII. Decreta §. 18. quo vetita est Abbatibus benedictio Sacrae suppellectilis pro usu alienarum Ecclesiarum repositur, etiam pro aliena Ecclesia ex Apostolico Indulto eis licitum esse ecclesiasticam suppellectilem benedicere, Sacr. Congregatio sub dicto die 12. Junii 1660. mandavit exhiberi *Indultum authenticum ex Archivio Apostolico desumptum, ac interim abstinere*. Porro Indultum hoc non aliud esse potest, quam Innocentianum, quod insuper non constat umquam ex Apostolico Archivio desumptum fuisse; adeoque ab hujusmodi benedictionibus abstinere adhuc debent Abbates.

29 Verum respondeo falsum omnino esse exhibitum à Cassinatibus Sacr. Congr. Indultum, de quo in objectione, fuisse Innocentianum nostrum privilegium. Siquidem indultum illud erat de facultate dumtaxat benedicendi extraneae, ut patet tum ex adductis verbis, tum quod instantia facta sit super §. 18. non super §. 19. in quo de consecrationibus sermo est. At Innocentianum privilegium non solum extraneam suppellectilem benedicendi, sed etiam calices undecumque delatos sacrandi potestatem apertis verbis elargitur. Dicendum est ergo Cassinates aliud Indultum exhibuisse, illudque dubiae fidei; ideoque Sac. Congregationem demandasse, ut hujusmodi indultum exhiberet authenticum ex Apostolico Archivio, ac interim ab illis benedictionibus, extraneae scilicet suppellectilis, abstinere.

30 Ceterum si Cassinenses Monachi Indultum indubiae fidei exhibuissent, utique Sacr. Congregatio ratum illud habuisset quemadmodum ad §. 5. ratum habuit Alexander II. Privilegium Cavens Monasterio concessum, atque Alexander VII. declarationes ad instantiam Cassinensium factas confirmans, expressa privilegia data particularibus monasteriis Cassinensium excepit: ut supra dictum est n. 15.

31 Hinc Abbates perfectam communicationem privilegiorum cum primis Cisterciensis Ordinis Abbatibus *verbis pregnantibus* obtinentes, Innocentii VIII. amplissimo privilegio tuto uti possunt, cum illud, esto in Tabulario Apostolico non reperiretur, quod mihi constat, non modo inveniatu totidem verbis

expressum in pluribus Bullariis, atque Innocentianam constitutionem ut genuina agnoscat ab eruditissimis, ac probatissimis Auctoribus Morino, Berti, Auctore de re sacramentaria, de Petio, Eminentissimo Petra, aliisque ab Avignon. loc. cit. V. Pontificia: laudatis verum etiam eadem constitutio citatur à Clemente VIII. in suo Brevi edito 30. Januarii 1604. ut habet Avignon. eodem loco, ac demum laudatur quoque à sapientissimo Pontifice Benedicto XIV. cum ipsius initio, die, & anno, ut diximus n. 3. atque privilegium in ea concessum ab utroque Pontifice vel explicetur, vel extendatur; adeo ut nullum videatur amplius subesse dubium de ejusdem constitutionis genuina existentia. Addam insuper, quod licet quis suspicari possit Innocentianam constitutionem interpellatam fuisse, id ad summum contingere posset quoad eam tantum partem, qua facultas primis Cisterciensis Ordinis Abbatibus conferendi Ordinem *Subdiaconatus, & Diaconatus* ferretur concessa: non quoad alias partes: sive privilegia in eadem concessa, de quibus nemo, quem noverim, dubitat. Sobrii tamen, ac prudenter procedant Abbates nostri, neque hisce privilegiis aut passim, aut ad ostentationem inquam utantur, ne privilegium mereatur amittere, qui sibi permittit abutitur potestate: ut inquit Innocentius III. cap. Cum illorum, de sent. excom. (Verb. Privilegium.)

DISSERTATIO II.

Abbates Regulares Sacerdotio, ac Benedictionis munere insigniti, vel speciali indulto sua Congregationi directe concesso perinde ac si idem benedictionis munus suscepissent munus, plenamque cum ceteris monasticarum Congregationum Abbatibus communicationem privilegiorum obtinentes, possunt Diacono episcopo, seu loci Ordinario consentiente, alienae Ecclesiae res omnes benedicere, ac etiam consecrare, necnon alios Pontificales actus in decretis Alexandri VII. Abbatibus interdictis exercere, excepta collatione prima Tonsurae, ac minorum Ordinum sibi non subditis Regularibus.

Pincipio illud pro certo habendum est, Abbates Regulares Sacerdotio, ac Benedictionis munere insigniti, aut speciali indulto propriae Congregationi directe concesso perinde ac si idem benedictionis munus suscepissent, munus, ut se habet Congregatio nostra Camaldulensis vi Bullae Leonis X. *Esti à summo*, dat. 4. die Junii 1513. §. *Praefati si ecclesi privilegiorum nostrorum* fol. 32. donatos insuper privilegio vel directe, vel per communicationem ipsis concesso imponendi primarium Ecclesiae lapidem, Ecclesias benedicendi, reconciliandi pollutam Ecclesiam jam consecratam, ecclesiasticas res benedicendi, praesertim illas pro quibus sacra unctio requiritur, ad quas benedictiones impertiendas speciale Sedis Apostolicae privilegium necessarium esse colligitur ex decreto S. Congregationis Concilii sub die 10 Septembris 1614. praefatos, inquam, Abbates, si praedictas facultates exerceant vel in alienas res, vel in loco non propriae jurisdictionis, *valide* easdem exercere, quamquam suis in privilegiis eadem facultates ipsis concessa sint dumtaxat pro usu suarum Ecclesiarum, atque ea sub conditione ut in propriis tantum Monasteriis, & locis eas valeant exercere: quinimmo licet ex Trident. sess. 23. de Refor. c. 10. Abbates Regulares nonnisi sibi subditis Regularibus valeant Tonsuram, & Minores Ordines conferre, attamen Tonsuram, ac quatuor Minorum Ordinum collatio per Regularem Abbatem Sacerdotem,

tem, ac benedictum vel Apostolico privilegio munitum, atque Regulares sibi subditos habentem, facta sibi non subditis vel Regularibus, vel etiam Secularibus, valida est, ut constat ex pluribus S. Congregationis Concilii declarationibus, etiam recentibus, ut se habet ea, quae in Lucana 16. Martii 1726. & quae in Brixienti 28. Novembris 1743. ad 8. dubium prolata est, atque, ut late probant, praeter ceteris Fagnanus in cap. Statuimus, de supp. neglig. Praelatorum an. II. atque in cap. Aqua de consecr. Eccl. n. 11. & seq. Eminentissimus Petra in Bullas Apostolicas t. 5. in constitutionem p. Pii II. n. 138. & sequent. atque Bened. XIV. lib. 2. de synodo diocessana c. 11. n. 13. quidquid in contrarium afferat Ferraris V. Abbas n. 23. & alii, propterea non audiendi.

2 Horum autem, quae diximus, ratio est, quia facultates hujusmodi benedictionis, consecrationis, &c. elargiendi, ac conferendi primam Tonsuram, & Minores Ordines, spectant ad potestatem Ordinis, quae semel concessa, cum indivisibilis sit, restrictionem non recipit quoad loca, res, & personas, in quas exerceatur; neque insuper secundum partem auferri potest, secundum aliam in pristino statu relinqui: ut docet Fagnanus in lib. 1. Decretalium ad laudatum cap. Statuimus, *ferre pro totum, praesertim* n. 46. & in lib. 3. ad dictum cap. Aqua, n. 12. quod probat ex Angelico Doctore a. 2. q. 39. art. 3. atque ex variis canonicis juris testibus. Propterea restrictiones illae quoad loca, res, & personas, appositae sive in privilegiis ipsis, sive in Tridentino Concilio, sive aliis in decretis *solum exercitii, seu jurisdictionis potestatem spectant*, & proinde benedictiones praedictae, consecrationes, atque etiam collati Minores Ordines iterum non sunt, ut de his expresse in nonnullis ex laud. S. Congreg. Concilii declarationibus dicitur.

3 Dicitum est autem n. 1. Abbatem Regularem, ut valide exteris conferat Tonsuram, aut Minores Ordines, debere Regulares sibi subditos habere. Etenim cum Trident. Synodus loc. cit. Abbatum facultatem conferendi Tonsuram, ac Minores Ordines restinxerit ad solos Abbates Regulares habentes Religiosos sibi subditos, qui sibi subditos non habent Regulares, nedum jurisdictionis, sive exercitii potestate destituuntur, sed & potestate Ordinis quoad Tonsuram, ac Minorum collationem; adeo ut non modo licita non sit, sed nec *valida* hujusmodi Ordinatia, ut docet Fagnanus in laudato cap. Statuimus n. 13. dicens. *Si Abbas* (loquitur de Abbate Regulari) *sit talis, ut nullos omnino subditos habeat, irrita est Ordinatio, quia privilegium ejus in totum fuit sublatum per Concilium*. 4. Ex superius dictis consequitur, praefatas benedictiones, consecrationes, atque ordinationes habitas per praedictos Abbates Regulares quoad loca, res, & personas alienas, illicitas dumtaxat fore ratione defectus potestatis exercitii, seu jurisdictionis.

5 Nunc vero disquirendum, an consentiente Episcopo, sive loci Ordinario, proindeque concedente hujusmodi Abbatibus exercitii, seu jurisdictionis potestatem, nedum valide, sed etiam licita censenda sint praefatae benedictiones, Consecrationes, atque Ordinationes.

6 Tota difficultas ad hoc tantum reducitur, an locorum Ordinarii per positivas leges prohibeantur hujusmodi licentiam praedictis Abbatibus impertiri; hisce enim legibus praecisus quis inficiabitur, locorum Ordinarios jurisdictionem suam Abbatibus delegare posse, ut nempe isti valeant sibi datam potestatem Ordinis exercere, sicut & alios Pontificales actus sibi per Apostolica privilegia concessos exequi in loca, res, & personas eisdem Ordinariis subjectas.

7 Id prohibuit nostra hac tempestate quoad collationem Tonsurae, ac Minorum Ordinum certum placet Ferraris, BENEDICTIO. Tom. VII.

ne est. Quamvis enim id olim permitteretur, dummodo ordinandi dimissionales literas ab Abbate ordinatum directas à proprio haberent Praelato etiam ex Declaratione Sacrae Congregationis Concilii 11. April. 1572. ut videre est apud Fagnanum utroque in loco superius citato, atque apud Benedictum XIV. pariter laudatum in loc. n. 12. Attamen, ut idem referunt, sub Urbano VIII. sub die 23. Novembris 1641. eoque approbante alterum prodit ejusdem S. Congregationis decretum, quo non solum Abbates omnes prohibiti sunt primam Tonsuram, Minoresque Ordines aliis subditis conferre etiam de Ordinariorum licentia; sed & inhibuit fuit Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Praelatis inferioribus, ut in futurum concedere non audeant literas dimissionales Abbatibus directas, nec ab ipsis recipi. Quod si secus fiat, tam concedentes, quam Ordinatorem suspensi remaneant, praeter alias penas arbitrio ejusdem S. Congregationis reservatas.

8 Idem videri potest dicendum quoad praedictas benedictiones, consecrationes, aliosque Pontificales actus propter varia decreta, praesertim sub Alexandro VII. edita, & à Benedicto XIV. innovata, de quibus in superiori dissertatione n. 9. quibus inferioribus Praelatis Pontificalium usus restrictus est, ac potissimum interdictus usus consecrationum, & aliorum pontificalium extra loca ipsi Abbatibus subjecta, & pro receptis alienae Ecclesiae, addita clausula: *etiam de Ordinariorum licentia*, ut habetur expresse §. 8. & 9. ac insuper ad calcem decretorum dicitur: *Indulgetque*; nempe Alexander VII. locorum Ordinarios, ut auctoritate Sedis Apostolicae possint, immo debeant, praefatos, scilicet inferiores Praelatos, etiam per censuras compellere.

9 Verum ita intelligenda haud arbitror hujusmodi decreta; itaque mihi probatur I. ex quo potestas, quae à jure convenit Episcopis, aliisque locorum Ordinariis adempta censenda non est; nisi omnino constet.

10 II. Quia Apostolica illa decreta in gratiam Episcoporum, atque ipsis potissimum instantibus edita sunt, ne videlicet insciis, aut invitis locorum Ordinariis ab Abbatibus, aliisque inferioribus Praelatis in eorum Ecclesiis extra eorumdem Abbatum, aut Praelatorum Ecclesias; aut in ipsis Ecclesiis suis passim, ac sine limite Pontificalia exerceantur, aut alienas Ecclesias iidem Abbates benedicant, vel reconcilient, vel istarum suppellectili benedictionem, aut consecrationem impertiant; Non vero decreta illa constituta sunt ad coercendam Ordinariorum jurisdictionem, adeo ut ipsi non valeant facultatem Abbatibus facere exercendi Ordinis potestatem, quae ipsis per Apostolica privilegia concessa est: neque demum decreta illa facta sunt in odium Episcoporum, quibus non exiguum levamen praestare possunt Abbates, si commissas ab Episcopis ipsis exequantur benedictiones, atque consecrationes, quibus peragendis iidem Episcopi pluries, maxime in ampla dioecesi, vel si senio, aut mala valetudine laborent, impares inveniuntur.

11 III. Mihi probatur non tantum ex decreto S. R. Congregationis edito 6. Decembris 1631. apud Barbosa V. Abbas I. in quo haec habentur: *Abbas licet exemptus, & habens privilegium usus Pontificalium, non potest illis uti extra monasterium, nisi de licentia Ordinarii*; verum etiam ex alio ejusdem S. Congregationis recentiori decreto, edito post Alexandrum VII. hoc est die 24. Novembris 1659. quod scripsimus superiori dissertatione n. 27. & in quo cum S. Congregatio supponat Abbates Pontificaliter indutos, & quidem non tantum cum mitra, sed etiam cum pastorali Baculo interesse sacris actionibus, & processionibus extra propria loca, cumque id Abbatibus inhibeat in decretis Alexandri VII. eadem S. Congregatio id licitum tunc esse censuit ex Ordinarii consensu.

12 IV. Mihi probatur exemplo tot. plissimorum, ac

sapientissimorum Antistitum, ac S. R. E. Cardinalium, qui tam ante Alexandri VII. decreta, quos inter S. Carolus Borromeus, quam post edita eadem decreta, vel consensere, ut Abbates Pontificales actus extra ea loca exercerent, vel voluerent, ut publicis eorumdem Episcoporum, & Cardinalium functionibus Abbates interessent Pontificali- bus induti, vel honoris causa in aliquem Abbatem, indulgere, ut missam Pontificalem cum episcopalibus in ipsa sua Cathedrali Ecclesia celebrarent, vel demum etiam Romæ sacram suppellectilem ad Abbates, ut ab ipsis benediceretur, aut consecraretur, pluries transmisere. In quam rem juvat hic singulare adducere exemplum Benedicti XIII. viri ecclesiasticæ disciplinæ retinendæ tenacissimi, necnon Sacrorum Rituum peritissimi, qui proinde Alexandri VII. aliâque Apostolica decreta non ignorabat, nec infringere ullo pacto volebat. Hic dum Cardinalis amplissimus, atque Archiepiscopus Beneventanus foret, P. Abbatem Picalunga Canonicum Regularem Congregationis Sanctissimi Salvatoris

consecrationes, aut Abbatem aliquem velit honoribus afficere.

Similiter verbum illud *Sebeant* in indulto Ordinaris concessio inferiores Prælatos auctoritate Sedis Apostolicæ per censuras quoque compellendi, exponendum erit de ipsis inferioribus Prælatibus contra ibidem sancita, Ordinario contradicente, aliquo Pontificali actu utentibus, atque cum id necessarium, & opportunum eidem Ordinario videbitur.

DISSERTATIO III.

Regulares habentes communicationem privilegiorum, præsertim etiam concedendorum, cum ceteris Regularibus Ordinibus, possunt post editam quoque Constitutionem Benedicti XIV. incip. Impositi: a Diacono Episcopo Sacros Ordines extra tempora suscipere, atque de ejusdem in scriptis li-

dentinum revocata sint quæcumque privilegia ante ipsum Concilium Regularibus quoad sacras Ordinationes extra tempora habendas concessa: quod tamen plures negant, quos inter doctissimus Avignonus Abbas Cisterciensis in suo Manuali v. *Ordines sacri* pag. 135. & 136. quem ut Auctorem diligentem laudavit Benedictus XIV. in privata epistola ad Eminentissimum Terronium data 15. Feb. 1755. post oblatum eidem Pontifici prædictum Manuale: omissis quoque variis, quæ in hanc rem circumferuntur, privilegiis, ut se habet privilegium, quod concessum dicitur à Gregorio XIV. Congregationi S. Bernardi constitutione *Romanus Pontifex*, ut ait noster Ferraris v. *Ordo num. 13.* aliud Clementis VIII. quod datum dicitur Congregationi S. Joannis Evangelistæ in Portugallia, sine ulla prohibitione communicationis, die 18. Novemb. 1596. quod se vidisse testatur Portellus apud hunc Ferraris loc. cit. demum privilegium Gregor. XIII. concessum die Januar. 1584. per literas in forma Brevis Majoris Eremi Camaldulensis ad locum in libro de privilegiis Congregationis

»ponitus differentia, perinde ac &c. ut supra. Idem concessit Urbanus VIII. Fratribus discalceatis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis in sua Bulla *Redemptoris nostri* 28. Martii 1634. ac Ordini S. Marix de Mercede Clemens X. in sua constitutione *Redemptoris* data 22. Octob. 1678. declarando se hujusmodi Ordini non solum impertiri privilegia Societatis Jesu specialiter concessa, verum & omnia ea, quæ in generali concessione non comprehenduntur, quibuscumque contrariis derogando.

Demum ut alios omittam, præfatus Gregorius XIV. 8 in sua constitutione *Ex injuncto*, quæ est 18. in dicto Cherubini Bullario, data 24. Sept. 1597. §. 11. nobis Camaldulensibus omnia & singula privilegia &c. quibusvis aliis Regularium Congregationum Ordinibus, eorumque monasteriis tam Virorum quam Mulierum, eorumque Generalibus, Abbatibus, aliisque Superioribus, & Personis eorumdem, in quibuscumque mundi partibus existentibus, alias quomodolibet concessa & concedenda &c. etiam per viam com-

communicationem privilegiorum in iis, quae requirunt specialem concessionem, immo causam specialem, qualis esset potestas confirmandi &c. nihilominus §. 17. dixit quod "cum privilegiorum communicatio est verba praegnantibus" (qualia certe sunt verba privilegiorum quae supra adduximus hic n. 7. & 8.) "concepta, dubium non est, quin in iis comprehendantur etiam specialia privilegia, dummodo tamen eadem militet ratio."

11. Hinc audiendus non est Monacellus in Regularium privilegia non semper satis aequus, qui in supplemento ad tom. 2. *Formul. legal. pract. tit. 16. form. 12. n. 444.* ait "Privilegia, quae involvant praedictum tertium vel sunt alii onerosa, aut speciali nota digna, vel quae raro conceduntur, vel demum jurisdictioni ordinariae Episcoporum sunt praedicta, vel lesiva, non conferuntur per solam communicationem sed indigent speciali & expressa concessionem, non obstante quod communicatio habeat clausulas praegnantem." Non inquam audiendus Monacellus, tum quia privilegium ordinandi Regulares extra tempora, de quo nunc agimus, nulli praedictat, neque Episcoporum jurisdictioni, qui per privilegium illud non coguntur Ordines Regularibus conferre extra tempora, si nolint, ut mox dicemus; tum quia verba praegnantia, ac imiles clausulae, quae habentur non in omnibus, sed in aliquibus tantum privilegiis, nihil significant, omnique effectu carerent supra aliam communem communicationem; tum quia sicut privilegia, quibus per eorum verba derogari non potest nisi exprimat, revocantur per aequalentia verba, puta etiam si specialem mentionem exquirent; sic, eoque magis cum ibi de re odiosa, hic de re favorabili agatur, per aequalentia verba communicari possunt; tum denique quoniam, ut late probant verba Regularium pertractatores, praesertim Tamburinus de jur. Abb. tom. 1. disput. 18. quest. 6. Salmatienses tract. 13. cap. 1. Roncaglia tract. 3. quest. ult. cap. 3. quest. 3. alique apud eos, in dubio late atque in Regularium favorem interpretanda sunt, ex plurium etiam summorum Pontificum, praesertim Sixti IV. in Bulla *Dum ad universos* n. 10. in Bullario Romano data Canonice Regularibus sub die 23. Aug. 1476. concessionem, & quamvis aliqua videantur contra jus commune, ac jus tertii, non ita tamen se habent, ut probat Angelicus Doctor in 4. dist. 17. art. 3. quest. 5. ad 1. Opusc. 19. ubi ait huiusmodi privilegia cedere in praedictum illorum dumtaxat Pastorum "qui quaerunt quae sua sunt, non quae Jesu Christi, & qui regi praesunt, non ut pascant, sed ut pascantur." Hinc huiusmodi privilegia vere odiosa non sunt, sed favorabilia, adeoque lata admittunt interpretationem: ac quocumque privilegii quoad communicationem nullum excludere dicendum est nisi ratio illud concedendi adeo specialis fuerit, ut non nisi ei, cui directe concessum est, aptari possit, aut alteri, qui eadem praerogativa donatus sit, ut puta eadem dignitate; ut se habet facultas concessa Abbatibus conferendi Minores Ordines, consecrandi &c.

12. Neque praefata communicationi privilegii Gregoriana obstat quod in Alma Urbe soli admittantur ad Sacros Ordines extra tempora Patres Societatis Jesu, quoniam cum per privilegium Regularibus datum, ut ordinari extra tempora possint, non coarctantur Antistites eosdem extra tempora promovere, sicut 4. Decembris 1693. declaravit Innocentius XII. ut legitur in ejusdem speciali Bullario pag. 263. Eminentissimi Urbis Vicarii ad sacros Ordines extra tempora admittere non consueverunt nisi Patres Societatis Jesu, quos ex celebri causa Mecliniensi in Sac. Concilii Congregatione definita die 8. Maij 1683. constat praeditos esse privilegio directe ipsis concessio per Gregorium XIII. ut extra tempora sacris valeant initiari Ordinibus, sicut habet in laudata Institutione

Ecclesiastica Cardinalis Lambertinus §. *Illud etiam*. Ceterum & alios Regulares possent eisdem Eminentissimi Urbis Vicarii; si vellent, admittere ad sacros Ordines extra tempora: quemadmodum manifestum est sapientissimos Antistites, quos inter ipse Eminentissimus Lambertinus, diversorum Ordinum Regularium sacris extra tempora suis in diecesibus passim initiasse, ac nunc etiam post editam quoque Benedicti XIV. constitutionem *Impositi*, de qua infra, initiare.

Denique quod spectat ad tertiam assertionem nostram partem, quidquid in contrarium adstruit P. Ubaldus Girardi Scholarius Piarum in addit. ad Mascart. lib. 1. tit. de Tempor. Ordinari. sub num. 15. & ex eo Romanus Jurista in Additionibus ex aliena manu ad hanc Biblioth. P. Ferraris super. VI. *Ordo n. 1. & seq.* si attente expendatur constitutio *Impositi* nobis Benedicti XIV. edita die 26. Febr. 1747. falsum esse deprehenditur, ex eadem haberi privilegium recipiendi sacros Ordines extra tempora illis dumtaxat Regularibus suffragari, quibus post Tridentinum Concilium nominatim atque recte concessum fuerit, aut in forma specifica, non communi, postmodum fuerit confirmatum. Id enim in laudatissima constitutione dumtaxat statuitur de privilegiis; ut Regulares a quocumque catholico Episcopo Ordines recipere valeant: quae duo privilegia inter se diversa sunt, ut colligitur ex saepius laudatissima Instit. ecclesiastica ejusdem Pontificis, dum Archiepiscopus Bononiensis foret §. *Illud etiam*. Perlegatur diligenter ea constitutio, ac quisque statim deprehendet, unicuique ejusdem constitutionis scopum in eo constitutum esse, ut Regulares a solo diocesano Episcopo (illo nimirum, in cuius diecesi situm est monasterium qui Regularis ordinandus tanquam de familia superioribus suis actu adscriptus invenitur) ordinari debeant, nisi hic fortasse a sua abdit diecesi, aut sacras Ordinationes statuto ab Ecclesia tempore non sit habiturus, vel denique nisi Regulares aliqui Apostolico privilegio directe ipsis post Tridentinum dato, aut in forma specifica confirmato cum literis veteris Indultu insertionem, ejusque expressa innovatione, quos etiam Pontifex monet, "ne privilegio illo sine iusta causa, nec extra debitas circumstantias pro libitu, atque ad ostentationem utantur. In ipsa autem constitutione bis vix veluti per transennam Pontifex mentionem habet alterius privilegii Regularibus concessi de sacris Ordinibus extra tempora suscipiendis, nempe §. *Præterea & Haec profecto*; atque utroque in loco privilegium hoc indiscriminatim subsistere supponit, nihilque novi circa ipsum privilegium disponit.

Sane si Pontifex sapientissimus, qui in laudata sua Institutione §. *In Concilio & Haec dicimus* de eo privilegio conferendi sacros Ordines Regularibus cum sacris extra tempora subdubitate visus est (non ita tamen, ut firma de illius existentia & usu ratio desit; cum ut supra adnotavimus, se illud ad praxim deduxisse non diffiteatur, quinimo se quoque id facturum ibidem aperte polliceri dignatus sit) ad Pontificatus picem sublimitas de ejusdem privilegii quoad omnes Regulares firmitate anceps fuisset, vel illud, ut poterat, revocare quoad Regulares indiscriminatim voluisset, conceptis verbis de hac ipsa re laudata in constitutione locutus fuisset, quemadmodum id praestitit de alio privilegio Ordines suscipiendi a quocumque catholico Episcopo: atque illud pariter quoad Regulares omnes vel non subsistere, vel non satis esse, vel se retractare aperte declarasset.

Neque quis opponat, Benedictum XIV. in laudata constitutione *Impositi* duobus citatis in locis, ubi meminit privilegii de sacris suscipiendis Ordinibus extra tempora, illudque adhuc in suo robore permanere supponit, loqui de solis Patribus Societatis Jesu, quibus privilegium ipsum expresse & recte da-

datum esse constat a Gregorio XIII.

16. Respondeo enim id omnino falsum esse, nempe §. *Præterea* Pontificem de Patribus Societatis Jesu locutum esse; §. autem *Haec profecto* de ipsis solis ibidem sermones habere. Atque ad primum quidem quod spectat, satis id manifestum est, quoniam Patres Societatis Jesu ut ab extraneo Episcopo ordinantur, sive *statuto temporibus*, sive *extra tempora*, non indigent attestatione Ministrorum Diocesanorum Episcopi, quod ipse à Diecesi sua, "absit, vel Clericorum Ordinationes habiturus non sit proximo legitimo tempore per ecclesiasticas leges ad hunc effectum statuto," quam attestationem authenticam deinceps necessariam fore ibidem decrevit Pontifex, ut Regulares ab extraneo Antistite valeant sacris initiari tam *statuto temporibus*, quam *extra tempora* ex privilegio, quo ipsi gaudent: non inquam indigent Patres Societatis Jesu; quippe iidem alio muniti sunt privilegio nominatim ipsis post Tridentinum per eundem Gregorium XIII. concessos quod privilegium ad hoc sartum rectumque declarat ibidem Benedictus XIV. subseq. §. *Quemadmodum a quo*.

17. Quoad alterum vero locum, hoc est §. *Haec profecto*, ex verbis ejusdem §. plane constat, Pontificem ibi loqui de omnibus prorsus Regularibus, quos ad concordiam cum diocesano Episcopo adhortatur, atque ad evitandas adversus ipsos querelmonias, cum istis sacros Ordines eisdem extra tempora juxta ipsorum privilegium conferre detrahet: quos inter Regulares infimum hac in re locum tenent Sodales Societatis Jesu; siquidem isti praedicto in casu ad alium quemcumque Episcopum absque diocessani consensu, ac dicta attestatione confugere possunt.

18. Ut autem liberalissimum adversariis nostris, equidem non inficias ibo, per laud. Bullam *Impositi* Regularibus concessa per communicationem privilegia, ut extra tempora ad sacros Ordines promoveri valeant, indirecte aliquatenus restricta fuisse. Cum enim in §. *Præterea* Pontifex sanciverit, ut Praelati Regularis dimissoria litera ad Episcopum extraneum nullae sint, & irritae, nisi adjunctam habeant authenticam, de qua supra, attestationem ministrorum diocesanorum Episcopi, qua constat "vel ipsum à diecesi abesse, vel Clericorum Ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per ecclesiasticas leges ad hunc effectum statuto;" si Diocesanus Episcopus longe ab eo tempore Regularem extra tempora ordinare noluerit, huiusmodi attestatio à praedictis ministris obtineri non poterit, cum id quod ab ipsis petitur, ab iisdem, atque etiam ab Episcopo ipso probabiliter ignoretur, adeo ut de eo testimonium ferre non valeant, proindeque Regularis ille ab extraneo Episcopo extra tempora sacris Ordinibus initiari non poterit.

19. Hoc sensu privilegium illud per constitutionem *Impositi* indirecte restrictum manet, non autem sublatum omnino, cum idem Pontifex §. *Haec profecto* asserat, propter sancta in hac constitutione Regulares conquiri non posse "quod recusantibus Episcopis sacram Ordinationem administrare praeterquam in temporibus ab Ecclesia statutis, eorum privilegia de Ordinibus extra tempora suscipiendis effectu vacua remaneant: Episcopi enim alios etiam opportunos dies ordinandi Regularibus facile inveniunt," si nempe Regulares ipsi diocesanos Episcopos congruo honore & congruenti reverentia venerent, ut debent, atque ut eosdem Regulares praecedenti paragrapho idem Pontifex una cum verbis Lateranensis Concilii sub Leone X. paterno affectu adhortatur.

20. Putarem nihilominus in praefato casu, quod diocesanus Episcopus vel nequiret, vel nollet sacros Ordines extra tempora conferre, si item Episcopus consentiret (atque id in scriptis testaretur) ut Regularis diocesanus ad alium Episcopum se conferret, posse

se eundem Regularem ab extraneo Episcopo sacris Ordinibus extra tempora initiari. Id enim alienum haud videtur à mente Pontificis, quippe tum quoque sacra recta servatur Regularium quoad sacros Ordines suscipiendos à diocesano Episcopo dependentia, idque conforme est cuidam decreto edito per Regularibus sub Gregorio XIII. quod in eadem Bulla *Impositi* describitur. Curent ergo Regulares, ne illum debiti erga diocesanos Episcopos obsequii, ac reverentiae actum omittant. Hac enim in re, sicut adnotavit idem nunquam satis laudandus Pontifex in citata sua Institutione Ecclesiastica §. *Haec dicimus, bonum est habere iudicem proprium*.

Adduntur hic ad litteram verba duplitem supra laudatae constitutionis, ut ex his veritas assertionis quoad tertiam partem magis magisque elucescat: "Præterea volumus atque decernimus, ut Superiorum Regularium dimissoria, quae ideo ad alium Antistitem directa fuerint, propterea quod Episcopus diocesanus extra diocesam commoretur, vel Ordinationem non sit habiturus, nullas sint roboris & momenti, nisi illis juncta fuerit authentica attestatio Vicarii Generalis, vel Cancellarii, aut Secretarii ejusdem Episcopi diocesanum, ex qua constet vel ipsum à diecesi abesse, vel Clericorum Ordinationem habiturum non esse proximo legitimo tempore per ecclesiasticas leges ad hunc effectum statuto: Hoc enim expresse declarari opus est ad excludendam nonnullorum arrogantiam, qui cum privilegio gaudent suscipiendi Ordines extra tempora, existimantur Episcopos ipsorum voluntati adeo addictos esse debere, ut si quandocumque ipsis placuisset ad Ordines promoveri non statim, ipsoque die ab ipsis designato, voti compotes fierent, jam dici possit, ordinationem ab Episcopo non haberi, proindeque alius Episcopus pro suscipiendis Ordinibus audeendus esset &c."

Hæc profecto christianæ veritatis & charitatis documenta cum utrimque servata fuerint omnibus in rebus, adeoque in hac etiam Ordinationum materia importuna querela penitus confiterent. Neque enim Regulares conquiri poterunt, quod recusantibus Episcopis sacram Ordinationem administrare, praeterquam in temporibus ab Ecclesia statutis eorum Privilegia de Ordinibus extra tempora suscipiendis effectu vacua remaneant; Episcopi etiam alios etiam opportunos dies ordinandi Regularibus facile inveniunt &c."

PONTIUS PILATUS.

*** Pilatus, quis, & unde esset, variant Auctores. Quidam ipsum dicunt Romanum, alii Italum, Petrus Comestor sustinet fuisse Gallum à Delphinatu, & Theophilactus natum in Ponto. Calmet in Dictionario verbo Pilatus, hæc habet: Pontius Pilatus, cujus genus & patria latent, quamvis Romanus, vel satem Italus vulgo credatur, vir erat ingenio fervido, & pervicaci, avarus, insatiabilis, sententias venditans, rapinas, injurias, clades, tormenta, crebras caedes, sævisimam crudelitatem, etiam contra innocentes exercens. Is cum sederet pro tribunali in examine causæ Domini nostri Jesu Christi, per internuntium à sua uxore motus fuit, ne se in causa justii illius hominis immisceret: *Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: nihil tibi & justo illi; multa enim passa sum hodie pro visum propter eum.* Matth. 27. & 19.

De hoc somnio uxori Pilati immisso an divinitus, a vel à diabolo, non conveniunt Doctores. S. Ignatius Martyr *Epist. 8. ad Philipp.* vult, somnium illud à diabolo fuisse immissum, quia metuebat, ne Christi